[illegible]cta per septem formis gratia spiritu sancto guber-
natur regitur & [illegible]tenur [illegible]
qui a septem sancto dona spiritu sancti que u[illegible]
quieverunt. sicut esaias dicit ; Re[illegible]
scet super eum spiritus domini ; Que & [illegible] dona
suis participibus contul[illegible]
[illegible]itatt apostolus ; Alii datur per spiritum ser-
mo sapiencie alii autem sermo sci-
encie alii genera lingarum. alii in-
terpretacio sermonum ; Et precepit
turbe discumbere super terram ; In a-
lia refeccione scriptum est. quia super
fenum discubuerunt ; Ergo per fenum
carnalis delectacio figuratur. &
bene super fenum discubuisse dicuntur ;
quia iudaicus populus adhoc legem acce-
perat ut in ea carnalia peccata rese-
caret ; hic autem super terram discubuisse
dicuntur quia gentilis populus ad tan-
tam perfeccionem venit. ut non solum
[illegible] in semetipsis carnalia peccata rese-
caret sed etiam mundum cum suis concu-
piscentiis abnegaret. iuxta illud quod
dominus ait ; Nisi quis abrenonciaverit
omnibus qui possidet non potest meus esse dis-
cipulus ; Et accipiens septem panes
gratias agens fregit dabat discipulis suis
ut apponerent & apposuerunt turbe ; Iam
superius per vite panes septiformi gratiam
spiritus sancti diximus significari ; Acci-
piens ergo vite panes gratias agens
dedit discipulis ut apponerent tur-
be ; Quando post resurreccionem

[illegible]am apparens eis insuflavit & ai-
[illegible] eis ; Accipite spiritum sanctum quorum
remiseritis peccata remittuntur
eis ; Illi autem apposuerunt quan-
do gratiam eius de spiritu sancto corroborati
predicaverunt ubique domino cooper-
ante ; Gratias enim egit patri non
ut aliquit indigere poterat pete-
re a patre quia omnia postulat
data cum patre ; Sed ut ostenderet
omnia iusta escam de celis peten-
da ; Sicut ait iacob apostolus ; Om-
ne datum optimum ; Et habebant
pisciculos paucos ; Pulchre in al-
la reffeccione que ex quinque pa-
nibus facta est. duo pisciculi fuisse
dicuntur ; hic autem infinitus nu-
merus ostenditur quia ad compa-
racionem illorum qui ex populo iude-
orum credituri erant infinita
multitudo ex gentili populo ad fidem
venerunt domino dicente in evuangelio ;
Multi venient ab oriente ;
Et manducaverunt & saciati
sunt ; Notandum autem quod
omnes saturati dicuntur. sed non
omnes acceperunt quia ex scriptu-
ra sacra non omnes equaliter ac-
cipiunt sed omnes ad unam aeter-
nam saciatatem veniunt ; Un-
de scriptum est [illegible]
populus [illegible] colli[illegible] man-
na. [illegible] colligerunt [illegible] plus [illegible]

BIBLIO[illegible] R F